rum, ſed efficientes, eſſe examinandas ſtatuit. Veruntamen ſi illud modeſtè nec inconſideratè fiat, de illis quærere, maximè licitum eſt.

XLIX.

Nulla naturæ phænomena in tractatione ſuâ fuiſſe prætermiſſa inquit Carteſius. Sed dubitamus nos ac negamus.

L.

Materia ſubtilis, & materia cœleſtis Carteſiana differunt. Licet Carteſius non demonſtraverit, quid ſit materia ſubtilis; Non nemo tamen in præfatione Clav. Sc. Nat. ſatis explicat, quod nempe ſit in principio creata indefinitè extenſa &c. Nos verò talem ægrè capimus materiam.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn264770803/8
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG